



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae, 1622**

Senensem virginem. 209

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44900**

ille  
in  
ani-  
eret  
iue-  
co-  
NA-  
Res  
ero-  
tre-  
mo-  
e ve-  
obui  
tam-  
cius  
repa-  
olens  
iones  
Vega  
inam  
t. Ac  
exte-  
tergi-  
spon-  
dit:

dit: atque hostem quidem suum  
fuisse: ceterum in cælo locum in-  
ter Dominicos & Franciscos, Re-  
ligionum conditores, inuenisse.  
209. Anno postea CIO. IO. LXI.  
virginem Senis adolescentulam  
nouam, egregiè probam & candore  
animi insignem: Iacobam Prati  
dixere. Ea nobili farninæ ancil-  
labatur, antistitis Senensis amiteq;  
atque interim afflictata, assiduis  
inferorum spectris; & flagris sub-  
inde concisa, mirisq; modis cru-  
deliter exercita, prodibat. Ipsos  
annos duodecim valuit intempe-  
ries: nec modus interim, qui ma-  
lo pellendo esset, apparebat. Cæ-  
pit denique S. IGNATHI iconem  
gestare. Enimvero compertum est  
continuo quanta paruulæ rei vis  
in esset. Nam manus Tartarea re-  
dire quidem, atque oculis sese e-  
minus ostendere: hostemque illum  
suum clamare: & icona proijcere  
iubere:

iubere; aliaque plura furere. Sed in ea tamen velitatione, nemo erat hostium qui propius accederet, pedemque cum puellâ conferret. Ac ne prouocari quidem, ut impetum facerent, quicquam potuere. Obiectâ verò imagine, ora deformia abdere, hancque oculorum iniuriam queruli deprecari audiebantur. Sed subegit puellam cupiditas, experiri; istac sua immunitas, hostiumque terror ab imagine pronasceretur, an aliunde existeret? Ita posita iconè, se temerè exarmat: cōfestim quanto id suo malo fecerit, sensura. Nam irruere totè in illam cōfestim acies: ac plagis atrocibus sequi, puellamque instituerunt utque immaniter cedere, uti potuerit pro mortua conclamari. Inde qua ope muniretur edocta, cautius, ne quâ vnquam destitueret imaginem, obseruauit. At illi va-

no

no fremitu circum parietes atque cistas errare; ea semper intacta, in qua item eius idea asseruabatur.

210 Nec multò aliud ludi Anconitani Magister, & malum habuit, & mali remedium inuenit: Nam anno *CIO. IO. XCIX.* pestilentem eius domum occulti lemures fecerant; ac velut iussi cubiculum verrere, lectulum componere, lucernam instituere, gnauius primò studuerant: mox ijdē capta pænitudine omnia rursus euertere, ac conspurcare. Sed illata *S. IGNATII* icone, repenti exanimati omnes hoc genus verne; extrà pro cubiculo strepere, quatere fores, claudereque valuas, & intempestiuè tympana ferire perseuerabant. Denique & hic defixa imagine, omnis ædium inquis conquieuit, hominiq̄ue constans otium mansit.

K 5 211 Ro.